

QK. 278.

4

Z f
3000

PAR COMPAR,
CURRU GENIALI AFFECTUM
ATQ; PROVECTUM,

QVOD
VIR

X2122718

PRÆCLARUS, HUMANISSIMUS, atq; LITERATISSIMUS,
DOMINUS

M. JOH. CHRISTOPHOR.
VVAGNERUS,

SCHOLÆ BUDISS. COLLEGA
STRENUË MERENS,

ET

VIRGO EGREGIIS VITÆ & FAMÆ HONESTÆ
ORNAMENTIS CONSPICUA,

ANNA ELISABETA,

VIRI OLIM PERQVAM VENERANDI & DOCTISSIMI,

DN. CHRISTIANI VVAGNERI,
ECCLESIASTÆ SCHÖNAVIENSIS MERITISSIMI
FILIA,

VIRI VERO MULTUM REVERENDI, CLARISSIMI, atq; DOCTISSIMI

DN. M. CHRISTOPH. FRID. SCULTETI
PASTORIS ECCLES. SCHÖNAV. FIDELISSIMI
PRIVIGNA,

JUNCTO JUGO CONSTITUEBANT;

QVODq;

COLLEGÆ, FAUTORES & AMICI,
PLENO VOTORUM APPLAUSU EXCIPIEBANT,

FERIA III. PENTECOSTES, I. NUPTIARUM,

D. NIM. VI. ID. JUN. ANNO CHRISTI

clō lbc LXXXIII.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

BIBLIOTHECA
PUNICKAVIANA

BUDISSÆ STANNO RICHTERIANO.



Aristoteles lib. de Mundo c. VI.

Ὅπερ ἐν νηὶ κυβερνήτης, ἐν ἄρματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χορῶν δὲ κορυφαῖος,
ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμῶν
τοῦτο Θεὸς ἐν Κόσμῳ.

*Quod in navi gubernator, in curru Rector, in choro praecentor,
in urbe Lex, in exercitu Imperator; id in Mundo
est DEUS.*



Quis, WAGNERE, Tui quis currus rexit babenas?

Quis vitæ currum rexit, iterq;? DEUS.

Quis porro Scholice currum commisit arenae,

Budissamq; rotas iussit adire? DEUS.

Deniq; Connubii quisnam connexuit axem?

Quisve jugum junxit? quis sociamve? DEUS.

Qui nunc WAGNERO WAGNERAM adjunxit amore,

Faxit, inoffenso quo pede currus eat.

Nunquam dissolvat blandos Discordia funes,

Idem animus moveat, par studiumq; rotas.

Adsit, & imponat largâ Benedictio dextrâ,

Fructus, quos largè messis opima dabit.

Quod si interturbent salebræ, & saxa aspera cursum,

Ἐστὶ κυβερνήτης, ἡνίοχος τε Θεός.

*Hisce aurigationi nuptiali perquam
dilecti Dn. Collegæ sui calidè ac-
clamar*

**M. JOHANNES Rosenberg/
Schol. Budiss. Evang. Rect.
Jungere**

Jungere connubii dum tendis foedere *sponsam*,
 Contigit optata en; ELISABETHA Tibi,
 Quid Tibi, quidve Tuæ, WAGNER clarissime, Nuptæ
 Comprecer, & tædis quæ modò vota feram?
 Multi gratantur multis, ego defero paucis,
 Non tamen his paucis pauca Tibi voveo,
 Casta fides & castus amor ceu pectora junxit,
 Sic amor atq; fides pectora casta tegat,
 Vos pia Fata regant, vos nescia vita doloris,
 Longaq; felici tempora sorte juvent!
 Omnia dona, precor, destillent cœlitùs instar,
 Roris, in Hermonem qui cadit, atq; Sion,
 Et si quid voti superest, id protinus addat,
 Autor concessi corde favente Tori.

ANDREAS CHRISTIANI,
 S. E. C-R.



Salvete PAR WAGNERIUM!

Simillimum sibi nomine,
 Faustissimo sed omine,
 Quod jungere *uni currui*
Currum alterum jubet DEUS
Scholastico Domesticum:
 Salveto, SPONSE, faviter!
 Salveto, SPONSA, faviter!
 An *Currus* est vester *status*?
 An vester est *amor jugum*?
 Fas ergò *junctis curribus*
Forti parippum liberum,
Jugare erit *Sellario*,
Precibus labores scilicet:

)?(2

Sic

Sic *vehimini* feliciter,
In *regiã fidei viã*,
Per *charitatis orbitas*,
Vehatis ut feliciter,
Benedictiones cœlicas,
Superetis ut feliciter,
Præcipitii pericula,
Anfractuum & molestias:
Sic *vehimini* ad REQUIEM DEI,
CHRISTO *Duce*, *Comite* GRATIA.

*Hisce Honori Neonymphorum gratulabundus
assurgere voluit, debuit*

M. PAULUS PRÆTORIUS,
Diaconus Budiffinus.



PLus Tibi me fateor, Præclare Magister, honoris
Hâc debere manu, quæ mihi plura negat.
Dulce Tuæ in casto debetur amore Magistræ
Carmen, sed cursum mens, animusq; premit.
Quodq; laborantes in carmina concitat undas,
Ingenium solers, cultaq; Vena fugit.
Nec mihi tam celebri succurrunt Organa censu,
Ad nitidos soles quæ cecinisse ferunt.
Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi,
Surge citos calamo jam meditare sonos.
Tu * *PULCHROS* fines, *PROPRIUM* tu cernis agellum, * *Zu Schönau
aufn Eigen.*
Tu *propria* laudi nomina *pulchra* dabis.
Formosam resonare doces Amaryllida silvas,
Formosis Sponsis cur tua dona neges?
Namq; JEHOVA bonus Sponsis hæc otia fecit,
Est quibus in casto semper amore DEUS.

Sæpè

Sæpè parata piis è cordibus imbuit aram,
 Portio, dum bigas jungere cura fuit,
 Quantum lenta solent inter viburna cupressi,
 Sic *PAR* hoc *COMPAR* extulit usq; caput:
 Extulit usq; caput multâ *VIRTUTE* redemptum,
 Ac *PIETATE* bona, quæ bene vota vehit.
 Summa *DEI* Bonitas pressos respexit & orbos,
 Jam thalamoq; pares orbita fausta locat.
 Antè leves ergò pascentur in æthere cervi,
 Nudatos pisces destituentq; freta;
 Antè Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
 Si vagus amborum finibus exul agat:
 Quàm *Parili Curru* labatur pignus amoris,
 Copia grata, vigor, splendor & alma Salus.
 Dum quoq; summa procul regnorum culmina fumant,
 Major & ex altis montibus umbra cadit:
 Sufficiat vobis vires Benedictio summa
JOVÆ, qui Currum dote coronet opis:
 Currus ut Officii, Thalami Vitæq; patentis
 Currat, & ascendat, regna beata petat!

*Ex rivulo quidem Ecclogæ I. Virgil.
 sed*

*Calamo, animoq; quem,
 SPONSE HONORATISSIME,
 Tibi nôsti devinctum sincerè
 & intimè,
 ita gratificari voluit*

CASPAR Jentsch/
 Schol. Patr. Coll.



Difficile est Virtutis iter! Vestigia nostra
 Per varios casus, & per ludibria Fati

Flectimus ad Clarii spinosa cacumina montis:
 Ast juvat egregios tandem exantlasse labores.
 Nam ter tres Musæ, castissima Numina Phœbî,
 Et Charites, lætis pensantes tristia, tandem,
 Exhausto, recreant præcordia nostra, labore.
 In Te qui referunt oculos, Clarissime SPONSE,
 Me verum dixisse vident. Tibi nulla voluptas,
 Nulla Tibi anxietas potuit suspendere cursum,
 Quem juvenis quondam per summa cacumina Pindi
 Flectebas. Nunc ergo Tibi datur optima merces
 Conatus, Vir Clare, Tui; dum Virgo pudica,
 Quam *constanter* amas, casto Tibi jungitur igne.
 Me vetat esse labor cantandi, & cætera sacra,
 Præsentem Vestro, SPONSE & SPONSA optima Festo:
 Ast, si nil aliud, mentem & suspiria mitto.
 Qui thalami nodos nectit, flammamq; sacratas
 Incendit sub corde, DEUS, Vos fervet, ut ambo
 Vivatis multos Fatis felicibus annos,
 Et Vester crescat ventura in secula Sanguis.

*Ita honoris causa gratulabundus
 acclamat Praclariss. Dn.
 Collegæ*

JOHANNES DANIEL Gumprecht/
 Schol. Patr. Cantor.



Sit vestri prora & puppis thalami DEUS almus,
 Donec habent pisces flumina, sylva feras,
 Exulet è lecto Alecto, furialis Erichtho,
 Nec magicis turbet gaudia vestra fonis.
 Sit benedictus amor, sit vitabeata, torusq;
 Tu desponsatos dirige, Jova, novos!

Esto

Esto novis, rogitō, Tu Spes, DEUS, unica Nuptis,
Qui Tibi fidentes deseruisse neqvis.

Hoc,

quod JESUS resolvat in factum,
Dn. M. WAGNERO, Sponsō
& Collega suo pl. colendo offert
votum.

AUGUSTINUS Holzhammer.



Der Stand der Geistlichkeit traun unsrer Seele mühet;
Der Stand der Obrigkeit der Menschen Güter schühet:
Doch wo der Ehestand nicht unbeweglich steh't/
Kein Lehrer Nutz / noch Schutz alsdann von statten geh't.
Wer würde denn hernach den Gottes-Dienst verwalten?
Wie würde dann die Erd' in ihrem Bau erhalten?
Wenn nicht durch diesen Stand sie würde vor vermehrt/
Den Gott selbst eingesetzt und allzeit hat geehrt.
Dem/ als der fromme Gott den Adam hatt' erschaffen/
Wie auch viel and're Thier/ Schaaff/ Bäre/ Löwen/ Affen;
Da sah' ein jedes Thier und kannte seine Part:
Nur für dem Adam noch kein Liebchen funden ward.
Da sprach der grosse Gott: Solt' Adam seyn alleine/
Das wäre ja nicht gut? Ich will Ihm schaffen eine/
Die Ihm behülfflich sey mit Worten / in der That/
Und geb' Ihm / so es Noth / bisweilen guten Rath.
Darauff/ als Adam schlieff nach Gottes Trieb und Willen/
Nam Er die Ribb' heraus / und ließ mit Fleisch zufüllen
Die Stätt' / aus welcher Ribb' Er künst- und zierlich baut'
Ein schönes Weibes-Bild / das Adam ward vertraut.
Weil denn nun Gott der Herr den Ehestand hochgeehret/
Vermittelst diesen auch die Welt noch täglich mehret;
So thut Ihr recht und wohl/ Herr Bräutigam / daß Ihr Euch
Dieselb' erwehlet habt / die Euch an Tugend gleich.

Et

Zf 3000 98

Sie is't / Sietrinck't / Sie steh't / Sie geh't mit Ihm zu Bette /
 Sie küß't / Sie herzk't / Sie scherzk't und schläfft mit in die Bette ;
 Gehts wohl ! so freu't Sie sich : gehts schlimm ; Sie leidet sich /
 Und bleib't in Lieb und Leid bey Ihm beständiglich.
 Sie wird / wie um den Stock sich winden edle Reben /
 So mit den Armen Ihn / Herzkwerther Freund / umgeben ;
 Da könnt Ihr Kummer-loß / ohn Trübsal / Angst und Pein /
 In keuscher Armen Ruh / nach Willen schlaffen ein.
 Kein Nectar / trau' ich / wird die Süßigkeiten haben /
 Als die ist / damit Ihr Euch werdet können laben /
 Von Sorgen seyn befrey't und Fried-und Freuden-voll /
 Und was den Ehestand glücklich machen soll.
 Nun Gott / der reiche Gott / Gott / wünsch' ich / woll Euch geben /
 Was Ihr nur selbst begehrt ; ein Freuden-volles Leben /
 Fried / Segen / Einigkeit / und die gewünschte Ruh ;
 Eh noch ein Jahr vergeht ein neues Pfand darzu !

Zu Bezeugung alter vertraulicher Freundschaft
 wolte dieses seinem Herzens-
 Freunde aus Leipzig übersenden

AUGUSTINUS Schönborn.



WNA

M



QK. 278.

4.

PAR C

CURRU GENI

ATq̄ PRO

V

PRÆCLARUS, HUMANISS

DOM

M. JOH. CHR

VVAG

SCHOLÆ BUL

STRENU

VIRGO EGREGIIS VIT

ORNAMEN

ANNA EI

VIRI OLIM PERQVAM VA

DN. CHRISTIA

ECCLESIASTÆ SCHÖM

F

VIRI VERO MULTUM REVEREN

DN. M. CHRISTOPH

PASTORIS ECCLES.

PRIV

JUNCTO JUGO C



COLLEGÆ, FAU



PLENO VOTORUM A

FERIA III. PENTECO

D. NIM. VI. ID. 3

cl̄o l̄oc

BUDISSÆ STANN



© The Tiffen Company, 2007

